19 *indicato ſoluendo, & ſecuta ſententia condemnatoria cōtra reum, fit executio contra ipſum fideiuſſorem, etiam abſque alio nouo proceſſu, vt dixi infra q. 95. circa princ.*

20 *Sis* y *tamen cautus tu, qui recipis fideiuſſorem, vt facias apponi clauſulam, quod promittit ſtare, & ſoluere quamcunque condemnationem, quæ fiet contra eius principalem,* a *etiam in cauſis appellationis: nam regulariter talis fideiuſſio expirat lata ſententia, & ideo fideiuſſor non tenetur in cauſis appellationis. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boer. deciſ. 315. num. 1. Pariſ. conſ. 171. num. 30. lib. 4. vbi dicit, quod ita communiter cōcluditur. Et hanc cautelam tradit Angel. Aret. in §. ſed hodie, num. 1. Inſtit. de ſatiſdat. Quæ tamen apud nos non practicatur, ex quo (vt ſæpè dixi) in cauſis criminalibus non admittitur appellatio.*

21 *Sed* b *quæro, pone, quod ſtatutum pro vulnere imponat pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & quod aliquis ſimpliciter fideiuſſerit pro alio imputato de vulnere, de eum conſignando, & quòd deinde vlneratus deceſſerit, nunquid fideiuſſor, ſi illum non conſignet, erit puniendus in centum, an autem in mille? Reſpond. Aut vulnus erat a principio mortale, & fideiuſſor debet condamnari in mille, aut non erat mortale, & debet condemnari ſolummodo in centum. Et ita communiter determinatur, vt dicit Gand. de malefic. in rubr. de multis quæſtionib. nu. 1. Hæc tamen q. hodie ceſſat in practica, cum fideiuſſiones accipiantur pro* d *certa, & determinata ſumma, vt dixi ſupra verſ. quæro debet.*

22 *Quæro, pone, quod aliquis præſtitit fideiuſſorem in cauſa criminali, deinde fuit imputatus* e *de alio crimine, & bannitus, nunquid fideiuſſor datus in prima cauſa tenebitur adhuc ſub pœna contenta in fideiuſſione illum conſignare? Reſp. quod non, imò ſecuta condemnatione contra illum, remanet prorſus liberatus, nec tenetur illū amplius præſentare, & ita communiter tenetur, vt dicit Alber. in 4. parte ſtatut. quæſt. 64. vbi etiam ſubdit, quod ita vidit communiter ſeruari. Et dicit Boſſ. in tit. de carcer. fideiuſſ. relaxan. num. 41. quod ita tenent communiter Doct.* f *Propterea iudex debet eſſe cautus, vt priuſquam condemnet reum ex ſecunda cauſa, citet fideiuſſorem ad illum præſentandum ex prima cauſa, & vbi non conſignet, eum condemnet in pœna contenta in fideiuſſione: deinde procedat contra principalem, ex primo, & ſecundo delicto. Dicit autem Boſſ. in loco præallegato,* g *quod ſi iudex cōdemnat reum ex prima cauſa, fideiuſſor non liberatur, & fuit opinio. Bart. in l. ſi quis reum. nu. 2. ff. de cuſto. reorum. Sed contrarium tenuit Bald. poſt Dyn. in l. qui crimen, num. 12. C. qui accuſ. non poſſ. & hæc. opin. Bald. apud nos de facto ſeruatur; ſolet enim primo* h *citari fideiuſſor ad conſignandum reum, & vbi non conſignet, condemnari: deinde citatur reur, & ſi non comparet, condemnatur. Et ita faciunt cauti iudices, vt dicit Alb. quem refert Nullus de bannitis, in ſecunda parte tertij tempor. quæſt. 6. & Boſſ. in loco præalleg. num. 51. in fi. Idem dicit Spec. in tit. de dolo, & contu num. 23. verſic. ſed pone, quem refert Carauita ſuper ritu magnæ curiæ 158. num. 3. in fin. vbi etiam ſubdit, quod ita practicatur in omnibus curijs Regnis; & ideo* t *ſi iudex primo citaret reum, & eo non comparente illum banniret non vocato fideiuſſore, ſi poſt bannum vocaretur fideiuſſor, vt illum ſiſteret,* K *eſſet excuſatus, ex facto enim iudicis videtur impeditus, ne illum conſignet. Et quamuis interuenerit etiam factum, & culpa ipſius rei principalis; non propterea debet fideiuſſor teneri, cum tempore debito monitus non fuerit, vt* l *illum conſignaret.*

23 *Sed* m *hic quæro, quantum tempus habeat fideiuſſor ad præſentandum reum. Reſp. quod de iure communi videtur habere dilationem ſex menſium, vt eſt tex. in l. ſancimus, quæ eſt lex antepenult. C. de fideiuſſ. Et ideo dicit Ang. in lege ſi quis reum, poſt numerum ſextum, ff. de cuſtod. reorum, quod debee iudex facere, quod fideiuſſor renunciet beneficio d. legis; & ſubdit, quod aſſeſſores ita practicant. Sed certè apud nos non eſt in vſu diſpoſitio illius legis, & conſequenter, neque etiam practica illius renunciationis, omnes enim fideiuſſores expreſſè recipiuntur de conſignando ad omnem requiſitionem, & toties quoties &c. & propte-*

z *Sis tamen cautus tu.*] Far. d. q. 34. n. 110. & ſeqq. *Roſſ.*

92 *Sis tamen cautus.*) Adde videndum omninò † ad hāc quæſtionem Gabr. commun. concluſ. in tit. de fideiuſſ. conclu. 4. & Franch. in deciſ. 320. per totam, vbi data fuerat fideiuſſio de ſtando iuri ſub pœna magnæ Curiæ applicanda, & de ſoluendo quicquid iudicatū fuerit, non adiecto per magnam curiam, & reus fuit abſolutus, & poſteà appellatione interpoſita per ſacrum Conſilium condemnatus; & tamen fuit deciſum, Fideiuſs. teneri.

Item adde, quod Fide-
93 iuſſio † eſt recipienda de iudicio ſiſti, & de repræſentando toties, quoties, & de iudicato ſoluendo: tam in dicta curia, quàm alibi, ſi contingat appellari, vt per Fran. Mar. deciſ. 796. in princ. par. 2. ſed vide Farinac. in q. 34. nu. 110. cum ſequen.

94 Item adde, quod † ſimiliter Fideiuſſio de iudicio ſiſti lata ſententia expirat, l. græcè. §. & poſt litē, ff. de fideiuſſ. & ibi Bartol. & Doctores, Viu. comm. opin. 118. numer. ſecūdo. Duen. reg. 333. quod ampliatur quatuor modis, & duobus modis, limitatur per Iaſ. in l. 2. §. ſi Fideiuſſorem, ff. qui ſatiſdar. cogantur.

95 Item adde, † quod vtraque Fideiuſſio, tam de iudicio ſiſti, quàm de iudicatum ſoluendo, petit peréptа inſtantia, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus vt per Petr. Caief. in conſil. 87. inter conſ. crim. diuerſ. vol. 2. paru. impreſs.

96 etiam, † quòd adeſſet clauſula, toties, quoties, vt per Afflictum in conſtit. ſæpè contingit, num. 4. libro ſecundo, rubr. 14. & Carauit. in tit. 44. nume. 12. ſed Gabriel. in conſil. 181. nu. 2. tenet contrarium, & ibi num. 3. dicit etiam, quod Fideiuſſor promittens aliquem repræſentare toties

97 quoties tenetur etiam poſt ſententiam, † quando ſententia eſt condemnatoria, & aliquid occaſione eiuſdem criminis cōtra eum reſtat faciendum; ſecus autem quando eſt abſolutoria, & ad iſtam quæſtionem an Fideiuſſor de repræſentando teneatur etiam poſt ſententiam, vide Laurentium Rodulph. in caut. 78. vbi tenet cautius eſſe, quod apponatur in Fideiuſſione etiam poſt ſententiam, & Viuius commun. opin. 298. vbi tenet, quod durat etiam poſt ſententiam adſunt verba toties, quoties, vel ſi appellatio fuerit deſerta. *Baiar.*

a *Etiam in cauſis appellationis.*] Sic & alias dicimus, quòd obligatus pro ſorte non tenetur pro vſuris, Neguſan. tract. de pignor. 4. membr. 3. part. principalis ſub numero quadrageſimoſeptimo, in §. quadrupli, numero vndecimo, inſtitut. de Actionibus. *Drog.*

98 b *Sed quæro pone.*] Adde, quòd † hanc diſtinctionem impugnat Bartol. in leg. Fideiuſſores magiſtratuum, vbi ita dicit ſtinguendo dicit, fideiuſſorem non teneri, ſi interceſſerit accuſatione ita propoſita: ſed ſi nulla eſſet propoſita accuſatio, ſed ſolum ſuper vulnere promiſit de iudicio ſiſti, & iudicatū ſoluere, tunc tenetur ad mille, quia tunc videtur fideiuſſiſſe in omnem cauſam, quæ ex vulnere deſcenderet, & Barth. ſequitur Bartol. Socin. conſ. 273. vol. 2. Sed Alb. de Roſate in l. diuerſum, ff. quorum bonorū. aliter tenet Paul. de Caſtr. in d. l. Fideiuſſores magiſtratuum, ita diſtinguit, quod inſpicienda eſt inquiſitio, ſi loquatur de vulnere ſimpliciter vt Fideiuſſor non teneatur: ſi verò loquitur de vulnere mortali, tūc propter illam additionem cēſetur etiam inquiſitus de morte, & Fideiuſſor tenebitur, & dicit conſuluiſſe in ciuitate Brixiæ, & ita fuiſſe iudicatum, ſed iudex inquiſitum de vulnere non relaxat Fideiuſſoribus.

Adde, quod ſi Fideiuſ-
99 ſor † eius, qui aufugit, procurauerit eum banniri, ut excuſaretur ab eo præſentando, non eſſet liberatus, ſecundum Bart. in l. ſi uerò, in princ. ff. qui ſatiſd. cogan. & ideò Fulgoſ. ſubtili ratione tenet contrariū.

100 Item adde, quòd † nec cum ſaluo conducto Fideiuſſor tenetur præſentare bannitum. Butr. in conſil. 167. num. 16. inter conſil. crimin. diuerſ. tomo 1. magnæ impreſs. & Thob. Noni. conſ. 165. num. 2. eodē tomo.

101 Item adde, † quod ſi principalis ſit clericus, Fideiuſſor non tenetur eum præſentare, & ſic liberatur, Card. in clement. 19. quæſt. de cenſ. Bald. in l. Filius, ff. de tut. & ratione diſtra. & Boſs. in tit. de carcer. Fideiuſs. com. numero 42.

c *Reſp.*) Iaſ. in l. 1. nu. 14. ff. de in lit. iura. quem ſequitur Boſſius de carc. Fideiuſs. numer. 45. dicit, quod Fideiuſſor pro uulnere nō tenetur pro morte. Sed non accedas ab auctore.

101 Et ad materiam ſcias, quod fideiuſſor liberatus † lata abſolutoria non reincidit retractata ſententia. Bart. & Doct. in l. fin. ff. de pac. & Boſs. ubi ſupra. Item Fideiuſſor prætorius non tenetur pro tempore, quo magiſtratus, uide per Boſs. eo loci ſub num. 56. *Giach.*

d *Certa, & determinata ſumma.*) Adde Marſil. ubi ſupra; num. 211.

e *De alio crimine.*) Farin. d. q. 34. nu. 39. & ſeqq. & nu. 54. & ſeqq. & nu. 69. atque 71. & 76. *Roſ.*

f *Propterea iudex.*) Adde quod tamen contra hunc procedendi modum latè defendit fideiuſſorem, Marſil rubr. de fideiuſs. num. 250. cum ſeqq. *Drogh.*

102 *Propterea iudex.*) Adde, quod † hoc fuit conſilium Gand. in titul. de multis quæſt. dependent. à ſtatuto ſub numero 33.

Verſ.

verſ. vnde bonus, & cautus iudex, ſed contra hoc conſilium tenet Gabr. in conſ. 181.

103 Item adde, quod ſi fideiuſſor eſſet citatus ad præſentandum reum coram alio tribunali, quam coram eo, in quo fuit facta obligatio fideiuſſoris, non tenetur eum præſentare, Rol. in conſ. 58. num. 11. volu. 1. *Baiar.*

g *Quod ſi iudex.*) Gabriel d. conſ. 181. num. 21. lib. 1. *Roſ.*

h *Citari fideiuſſor.*) Attende practicam notabilē citandi reum, qui iā prius datis Fideiuſſoribus de ſe conſtituendo; *Non ſito ſto*, fuit extra carceres, & commiſit aliud delictum, & ita citandus eſt, vt poſſit puniri pro ſecundo delicto, & hic adde Boſs. tit. de carcerato Fideiuſſor. committendo, num. 51. in fin. ſed euade, ò Fideiuſs. hanc pœnam obtinēdo ſaluum conductum pro ſecundo delicto, iuxtra tradita ſupra q. 32. verſic. tu ſcis, q. 38. verſ. hoc tamen ad fin. q. 16. verſ. ſed nunquid bannitus, quæſt. 34. in princ. in quibus locis paſſim videre potes materiā ſalui conductus; attende tamen vt in precibus narres omnia, quæ impedire poſſunt; vt dicitur, de gratia, & in ſpecie, ſi es ſub Fidciuſſione ſaluæ guardiæ, ſiue de rectè viuēdo, vt eſt ſupra quæſt. 59. verſic. debes autem in fin. Si autem non vis ſupplicare, & euadere pœnam fideiuſſoni, permitte tuum principalem banniri, & condemnari in contumaciam, quia tunc de ſententia in abſentia per contumaciam lata non teneris, ad Bartolum, & Doctores in l. cum filiusfamil. ff. de verborum oblig. Char. de execut. ſentent. c. 1. nu. 302. pro hoc eſt Text. in l. ſed & ſi quis, § dixerit aliquis, ff. ſi quis caut. contumacia namque principalis, cum habeatur reſpectu fideiuſſoris pro ficta, eidem nocere non poteſt, & vide Maran. in ſuo Spec. par. 6. octauo membro tit. de ſatiſdatione nu. 14. plura in hoc propoſito relata vide apud Borgn. Caual. Dec. ſub nu. 34. par. 2. Item ſi conſtaret de delicto Rei, pro quo facta eſſet fideiuſſio de præſentando, dum, per publicam famam, vel per facti notorietatem excuſaretur fideiuſſor à præſentatione. Idem Chartarius d. c. 1. num. 477. Verum cauti Iudices, vt hic, & ibidem aliter ſeruant. De ſimili condemnatione ſupra q. 36. verſic. ſed in hoc propoſito; ibi in quodam Bartholomeo Trotto. *Drog.*

h *Citari fideiuſſor.*] Sed quid ſi per vnum ex iudicibus denunciatum fuit accuſato, quod fugeret, ne caperetur, an fideiuſſor pro illo vltra teneatur, vi. per Cæpol. crim. 25. col. fi. *Giach.*

t *Et ideò ſi iudex.*] Secus ſi ab alio iudice fuiſſet etiam captus, Io. de Anan. conſ. 44. in vol. diuerſ. Zileti li. 1. editione 2. *Roſ.*

K *Eſſet excuſatus.*] Adde. quòd ſimiliter fideiuſſor de

104 repreſentando toties quoties excuſatur, † ſi principalis pro illa cauſa fuiſſet captus a Curia, & poſtea aufugiſſet, quia tunc non teneretur eum repræſentare. Afflict. in deciſ. 130. & Gram. conſ. 66. num. 60. & 64. ſecus ſi ex alia cauſa fuiſſet carceratus, & aufugit, quia fideiuſſor non eſſet liberatus, niſi Fideiuſſor, quando ille erat carceratus, proteſtatus fuiſſet, quòd habet illum præſentatum per eum in carceribus, & amplius non vult teneri, vt per Afflict. in dict. deciſ. 130. ſub numer. 5. & hoc procederet, etiam quod promiſſum fuiſſet repræſentare, non obſtante quacunque cauſa, etiam de nouo ſuperiori, ſecundum Bottam in conſil. 38. quod tamen non procederet, ſi alius iudex, cui facta non fuiſſet promiſſio, reū principalem capi feciſſet, quia tunc Fideiuſſor non liberaretur ob talē capturam, nec etiam cum proteſtatione. Ioan. de Anan. in conſ. 44. nu. 4. inter cōſ. crimin. diuerſ. tomo primo: & de iſta quæſtione latè habetur per D. Farin. in quæſt. 34. num. 99. cum ſeq. Et ſi aduocatus daret conſilium, quod captus aufugeret, vt Fideiuſſor liberaretur, acriter puniendus eſſet, Franc. Marc. deciſ. 797. in fin.

105 Item adde, † quòd Fideiuſſor non excuſaretur ſi à iudice eſſet perſuaſum illi, qui deberet præſentari, vt aufugeret, ſecūdum Cæpoll. in conſil. 25. nu. 2. cum ſequent. niſi via iudiciaria impedimentū præſtitum fuiſſet; vel niſi pœna debet applicari ipſi officiali, vt ibi per eum; & ita etiam tenet Boſſius in tit. de carcer. Fideiuſſo. commit. nu. 62. vbi dicit per ea quæ tradit Ancharanus in conſ. 341. viſo themate in fin. quod ille, qui monuit faciendo illum aufugere, tenetur, contrarium autem tenuit Foller. in practic. crimin. in fragmentis de Fideiuſs. num 155. vbi etiam de iudice minante velle malè tractare reum: dicit tamen in fine cogitandum eſſe. *Baiard.*

l *Conſignaret.*] Vide Farinac. in ſua quæſt. criminali 34. nu. 39. vſque 71 & Cartar. de execut. ſent. capro bannito c. 1. nu. 498. & ſeqq. vſque ad fin. *Roſ.*

106 m *Sed hic quæro quantum tempus*] Adde, quòd † remittitur arbitrio iudicis, quod tempus ſit ſtatuendum fideiuſſori, vt principalem præſentet, Menoch. in caſu 40. de arbitr. iud.

107 Item adde, † quod Fideiuſſor deſiſtendo in criminalibus non poteſt ſuſcipere defenſiones rei, ſed petere, tantum inducias ad eum ſiſtendum. vt per Boſs. in tit. de carcer. Fideiuſs. comm. nu. 52. & Bartholom. de Valmara. in conſ. 96. num. 23. inter conſil. crimin. diuerſ. tom. 1. mag. impreſs.

Item adde, quod Fideiuſſor deſiſtendo in criminalibus non habet beneficium excuſsionis, & ab eo iudex poteſt incipere, vt reum ſiſtat Bart. & Alex. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogantur, & Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. fol. 132. num. 171.

108 Item adde, † quod l. ſancimus non habet locum, quando promiſſio de exhibendo aliquem fuit iurata Bart. in l. inſulam col Fin. ff. de verb. oblig. & ibi Rip. num 62. & 91. Alex. conſ. 76. num. 8. & ſeq. vol. 5. vbi dicit, Doctores ita communiter tenere Rube. conſil. 113. vbi ſimiliter dicit, quod eſt communis. Et licet Bald. in l. qui ad crimen col. 3. C. qui accuſ. non poſſ. tenuerit contrarium,

tamen

rea ceſſant omnes difficultates: qnia ſunt extra u caſum illius legis.

24 Succeſſiuè o quæro, ſi fideiuſſor reum non conſignet, cui applicetur pœna promiſſa.

Reſp. quod applicatur fiſco: & ita obſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Bartol. in d. l. ſi quis reum, num. 4. de cuſtod. reorum, vbi etiam Ang. nu. 7. dicit, quod p ita practicatur.

tamén per Iaſ. in d. l. ſi inſulam, num. 35. reprobatur, & ibi etiā ipſe atteſtatur de communi, idem habetur in deciſ. Pedemon. 49. num. 11. *Baiard*,

n *Illius legis.*) Vide de hac materia Rom. conſ. 137. *Roſſ.*

109 o *Succeſſiue quæro.*] Adde, quòd vltra † pęnam promiſſam, quæ applicatur fiſco, fideiuſſor etiam tenetur parti ad intereſſe, Afflict. in deciſ. 234. Foller. in practic. crimin. in fragment. numero 260. qni dicit cōmunem, Viuius commun. opin. 109. Contrarium autem tenuit Paulus de Caſtro in l. 2. §. in fideiuſſorem, ff. qui ſatiſda. cogan. Cæpoll. conſil. 25. numer. 2. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 304. numero 5. & Grammat. ad Afflict. deciſ. 234. dicit, quod de anno 1531. ſecus Senatum fuit in magna Curia Vicariæ in cauſa cuiuſdā Franciſci Paragalli cum quodam Franciſco Hiſpano, qui ſiſtere promiſerat Hieronymum ſuum nepotem iu cauſa criminali, qui aufugit, & ipſe fideiuſſor carceratus fiſco pœnam ſoluit, & liberatus fuit, & iſta opinio magis videtur æquior, ne afflictio addatur afflicto, quando ſcilicet ipſe fideiuſſor non fuerit in dolo, vt reus fugam arriperet. Ita dicit Laurent. Tenni. in cautione 76. Et ego nunquam vidi in practica, quod fideiuſſor teneatur ad aliquod intereſſe partis, quando certa pęna eſt promiſſa, & idem affirmat Dominus Farinacius in quæſtione 34. numero quinto, quem poſt hæc ſcripta vidi. *Baiard.*

p *Itapracticatur.*) Et eſt generale Boſſ. de pœnis, nu. 30. qua ſoluta non tenebitur ad aliquid verſus partem, ita Farin. tit. de carceribus volum. 1. q. 35. per totam, & præcipuè num. 29. & 30. *Roſ.*

QVÆST. XLVII.

Explicantur multa, quæ ad fideiuſsionis de non offendendo materiam pertinet.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *De cautione de non offendendo.*
2 *Et nunquid a parte regulariter peti poſſit.*
3 *Et an poſſit iudex ex officio cogere partes ad illum præſtandam.*
4 *Et quid ſi pars illam petens dederit cauſam inimicitiæ.*
5 *Et an hæc cautio præſtanda ſit cum fideiuſſoribus.*
6 *Et quanto tempore duret.*
7 *Et quid ſi durante promiſſione de non offendendo inter aliquos vnus offendat alium, an poſſit deinde alius illum impune offendere.*
8 *Et quid in inducijs.*
9 *Et quid ſi ex noua cauſa ſequuta ſit offenſio.*
10 *Et quid ſi eodem tempore vnus alterum offendat.*
11 *Et an ſi quis offendat fratrem alterius, dicatur incidiſſe in pœnam.*
12 *Et quid ſi adulterauerit eius vxorem.*
13 *Et quomodo hæc pœna, & pro quibus portionibus transmittatur ad hæredes, remiſſiue.*

Ex Additionibus.

1 *Promiſſio de non offendendo quid ſit.*
2 *Offendere quando quis dicatur, vt incidat in pœnam promiſſam de non offendendo.*
3 *Offenſio verbalis an comprehendatur ſub cautione prædicta.*
4 *Offenſa perſonalis, & in perſonam quomodo differant, remiſſiue.*
5 *Cautio de non offendendo an duret extra territorium.*
6 *Et an comprehendat conſanguineos alienigenas.*
7 *Et an bannitum nominatum in tregua.*
8 *Et quid ſi adſit iuramentum.*
9 *Et quando intelligatur rupta, remiſſiue.*
10 *Mandatum ſpeciale requiritur ad petendam dictam cautionem.*
11 *Cautio prædicta an ſit præſtanda pro familia, & adhærentibus.*
12 *Et an a marito vxori.*
13 *Maleficium quomodo impediri poſſit, remiſſiue.*
14 *Cautionem prædictam petens iuſtam cauſam timoris probare debet.*
15 *Et quæ ſit iuſta cauſa, remittitur arbitrio iudicis.*
16 *Et quid ſeruetur in ſtatu eccleſiaſtico.*
17 *Iudex poteſt ex officio cogere partes ad dictam cautionem.*
18 *Cautio prædicta ſi contineat diem, au currat de momento ad momentum.*
19 *Momentum quot modis ſumatur, remiſſ.*
20 *Cautionem prædictam præſtans ſub proteſtatione, quòd valeat, niſi ſimilis per partem fuerit præſtita, ſi interim offendat, an excuſetur.*
21 *Et proteſtatio prædicta an ſit admittenda.*
22 *Cauere nolentes ſunt carcerandi.*
23 *Pater an cogatur ad cauendum de non offendendo filio.*
24 *Spoletani habent manus nimius promptas ad offendendum, & ſe vindicandum.*
24 *Rem duobus vendens an dicatur bene viuere.*
25 *Saluaguardia quid ſit, remiſſiue.*
26 *Fideiubens de non offendendo, an poſſit condemnari ex contumacia principalis.*
27 *Fama ſola ſufficit in caſu pacis ruptę.*
28 *Item contumacia in ſtatu eccleſiaſtico.*
29 *Noua cauſa quando in dicto ſtatu allegari poſſit.*
30 *Fideiuſsor poteſt ſe defendere non obſtante contumacia principali.*
Cautio prædicta quamdiu durat.
31 *Quando dicatur rupta*
32 *Et quid de pace.*
33 *Pax facta a pluribus, ſi vnus offendat, an omnes teneantur.*
34 *Pace inter aliquos ſtante, in qua verbis generalibus tantum eram comprehenſi banniti, ſi aduerſarij in pace comprehenſi dictos bannitos proſequantur, & occidant vnum ex comprehenſis expreſſe in pace, qui bannitis fauebant, incidant in pœnam.*
35 *Auctor rixæ quomodo cognoſcatur.*
36 *Pœna an dicatur incurſa, ſi duo ad inuicem ſe offendunt, & auctor neſciatur.*
37 *Pax an dicatur rupta, ſi aliquis ex comprehenſis in ea ante ipſius ratificationem offendatur.*
38 *Fiſcus pace facta non agit ad pœnam nomine partis læſæ abſque mandato, neque etiam ſuo, ſi fiſci nomine non fuerit acceptata.*
39 *Cautio facta per totum menſem Maij, & vltra ad beneplacitum iudicis, non extenditur vltra dictum menſem, non facta declaratione beneplaciti.*
40 *Spurius an conprehendatur in pace.*
41 *Et an filij nondum nati, nec concepti tempore pacis.*
42 *Inſultatus occidens inſultantem non tenetur pęna pacis fracta.*
43 *Cautionem prædictam frangens tenetur ad pœnam conuentionalem, & etiam corporalem iuxta qualitatem delicti.*
44 *Cautio prædicta an rumpatur per exploſationem Archibuſii.*
45 *Et an per inſultum.*

Clericus

46 *Clericus præſtans fideiuſſorem laicum, ſi offendat, fideiuſſor coram laico conueniatur.*
47 *Cautione ab vtraque parte rupta, quomodo exigatur pęna.*
48 *Tregua inter aliquos exiſtente, ſi fuerit facta pax, & vnus promiſerit filium ſuum abſentem, & in pace comprehenſum, infra octo dies pacem ratificaturum poſt eius reditum, alias pœna treguæ quoad filium tantum duret, ſi filius ignorante patre redeat, & vnum ex eis offendat, an pater ignorans, & non interpellatus ad pœnam treguæ teneatur.*
49 *Tregua an rumpatur ex noua cauſa.*
50 *Cauſa noua in dubio præſumitur.*
51 *Et quid ſi fuerit promiſſum non offendere quomodocunque, qualitercunque, & ex quacunque cauſa, tam cogita, quā incognita.*
52 *Cauſa noua quomodo coguoſcatur.*
53 *Auctor nouæ cauſæ non poteſt nouam cauſam allegare.*
54 *Pax non dicitur rupta ex parte prouocati, ſi incontinenti ſequatur offenſio.*
55 *Fideiuſſor an poſſit allegare nouam cauſam.*
Inquiſiti de pace fracta non audiuntur extra carcerem in ſtatu eccleſiaſtico.
Et quid de fideiuſſoribus ipſorum.
56 *Inſultus dicitur noua cauſa.*
57 *Occiſurus bannitum, ſi in actu occiſionis alium occidat in pace comprhenſum, non dicitur pace frangere.*
58 *Offendens patrem, fratrem, vxorem, aut filium, an committat pœnam ſtipulationis.*
59 *Vindictam tranſuerſalem committens incidit crimen leſæ maieſtatis in ſtatu eccleſiaſtico.*
60 *Et in Ciuitate Spoleti pingi debet in loco public. capite euerſo*
61 *Sponſus an comprehendatur nomine affinium in cauſa cautionis.*
62 *Rapiens filiam alicuius non dicitur frangere cautionem de nō offendendo, etiamſi rapiendo, & abducendo illam percuteret.*
63 *Offendens adulterantem ſuam vxorem, vel filiam rapientē non dicitur pacem frangere.*
64 *Lim. niſi pro tali iniuria pax inita fuiſſet.*
65 *Fur non dicitur pacem rumpere.*
Fur, & adulter quando dicatur pacem frangere.
66 *Aduertans mulierem vetulam, & deformem, non dicitur feciſſe animo offendendi, ſed libidinis cauſa.*
67 *Pœna pacis ruptę quomodo ſit diuidenda inter conſortes.*
68 *Cautiones de non offendendo præſtitę in vno territorio, ſi in alio contraueniatur, an dicatur pax rupta.*
69 *Bannitus, cui ex diſpoſitione ſtatuti, audientia denegatur, nō poteſt agere ad pęuam pacis ruptæ.*

QVÆST. XLVII.

1 *Frequenter a contingit, quod poſtquā iudex mandat inquiſitū è carceribus ſub fideiuſſione relaxari, comparet accuſator, ſeu pars offenſa, quæ petit illum prius, quam relaxetur, cogi b ad præſtandam fideiuſſionem de eum non offendendo: Nunc ergo aliquid de ipſa cautione videamus.*

2 *Et c in primis quidem facienda eſt generalis concluſio, quod Poteſt Pars patere ab*

ADDITIONES, Ad Quæſt. XLVII.

a Frequenter contingit.] De cautione de non offendendo vide latiſſimè per Farinac. in eius praxi crim. 4. uol. quæſt. 107. artic. 2. partis primę, & artic. 3. 4. & 5. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. parte ſecunda, articul. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. vſque 35. par. 3. *Roſ.*

Frequenter contingit.)

a Adde, quòd † promiſſio de non offendendo eſt legitimum præſidiū, quòd iuſte timenti iniuriam ſibi inferri, ad ipſius inſtātiam, uel ex officio præſidis, ne partes ad arma procedant, præſtari ſolet: ita tradit Vulpell. de promiſſ de non offendend. q. 73. num. 3.

2 Item adde, † quando quis dicatur offendere, & quæ offenſa proprie dicatur, vt quis teneatur ad pœnam promiſſam de non offendendo, Bero. conſilio 202. numero primo, & 25. uolumine tertio, & Cephal. in conſil. 587. numero trigeſimonono uolumine quarto, ubi dicit, quod illa dicitur propriè offenſa, ex qua poteſt quis agere ſuo nomine actione iniuriarum; & Corn. in conſilio 51. numero ſexto, uolumine primo, quōd offenſa dicitur omne id, quod prouocat aa iracundiam, & meretur pœnam, licèt quandoque large loquendo, dicatur offenſa etiam illud, quod non meretur pœnam. Addent. ad Bertaz. in conſilio 76. ſed uide omnino Vulpell. in conſilio 26. numero ſeptimo, & octauo, ubi tenet, quod quando agitur, quòd ex promiſſione unius alter teneatur, uerbum offendere ſtrictiſſimè capitur; uidelicet, ut iniuria fiat corpori, uel rebus corpori cohærentibus, & ad hoc allegat Deci. conſillio 406. & Marſil. conſilio 80. numero 31. uide etiam eundem Vulpel. in tract. de pace qu. 91. cum ſequen. ubi dicit, quod promiſſio de non offendendo generaliter, ſeu
3 ſimpliciter præſtita, etiam iniuria uerbales † graues, tamen arbitrio iudicis, amplectitur: ſecus eſt autem, ſi eſt de non offendendo perſonaliter, uel in perſonam, quia offenſas, que uerbis fiunt, non continet, & ibi ponit etiam, quænam differentia ſit inter offenſam perſonalem, & offenſam in per-
4 ſonam, † & multa quando quis perſonaliter offendi dica-
5 tur. Et an † iſta cautio de non offendendo obſeruanda ſit extra territorium, uide Franciſcus Herculan. de caude non offend. capit. 9. fol. 39. vide etiam Menoch. de arbitr. caſu 141. fol. 174.

6 Item adde, quòd † huiuſmodi cantio de non offendedo, vel de conſeruando pacem, non comprehendit conſanguineos alienigenas, ſecundum Alciat. conſilio 388. vel conſil. 39. nobilium, tom. 2. lib. 6. fol. 127.

7 Item adde, † quòd nec etiam comprehendit capilitaliter bannitum Homic. conſil. 112. etiam quòd eſſet nominatus in tregua, & cum iuramento, ſecundum Gozad. conſilio 61. numero decimoquarto, cum ſequenti, ſed contrarium tenet virtute iuramenti, Marſil. conſilio nono, & conſilio 107. numero decimoquinto, Grat. conſil. 44. uolumine ſecundo, de hoc uide Herculan. dict. tractat. de caut. de non offenden. capit. 23. ubi multos al-
8 legat, qui † tenent, quòd non obſtante iuramento non compreheditur, quando impune offendi poteſt.

Item adde, quòd cautio de non offendendo comprehendit etiam offendentem extra territorium loci, in quo non offendere promiſit. Bart in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præſid. & Iaſ. in l. fin. num. 12. de iuriſd. omn. iud. & ibi Marſ. numer. 20.

9 Item adde, † quòd aliquando quis non tenetur pœna conuenntionali, licet offendat aduerſarium offenſa, quæ pęnam mereatur Bero conſil. 202. uol. 2. *Baiard.*

b *Ad præſtandam fideiuſſionem.*] Latè Vulpell. tractat. de tre. de promiſſione de non offendendo poſt eius reſponſa quæſtione 73. uſque 106. incluſe, & an cogatur pro fratre Laderch. conſilio 208. & Farinac. dicta quæſt. 107 numero uigeſimoquinto, uel pro filio Rodolfin. quæſtionne 47. *Roſ.*

10 c *Et in primis.*] Adde, † quòd ad petendam huiuſmodi cautionem requiritur mandatum ſpeciale, ut per Alexan. in conſ. 78. col. 1. in fin. uol. 5.

11 Item adde, † an quis teneatur præſtare cautionem de non offendendo etiam pro familia, & adherentibus, ut per Lud. Bologn. in repet. §. Cato, col. 9.

12 Item adde, an, † & quando uxor poſſit petere iſtam cautionem à marito, Natta in conſilio ſexcenteſimo decimoſexto, uolum. 2. *Baiard.*

Et